

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

XVI. Utrum bono sin separabilititer consequatur virtutem: an vero a recte  
factis disjungatur?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

sentiendum. Cujus boni quis initium & causa in se habet, ejus esse dicitur bonum. Qui honoratur, in se principium habet honoris, ut probitatem, eruditionem. Ergo honor ejus bonum est. Præterea honor est honorati propter effectum: Quia honoratus fructum honoris percipit, quando auctoritas ejus amplificatur ad alios in officio continendos: & vehementer latatur, cùm de rebus bene à se gestis bonos rectè existimare animadvertis.

## XVI.

Utrum honor inseparabiliter consequatur virtutem: an verò à recte factis disjungatur?

**D**UBITATUR, an tanta necessitudine inter se conspirent virtus & honor, ut semper conjungantur. Qui affirmant, utuntur hac sententia comparata: ut umbra corpus; sic honor virtutem sequitur. Quinegant, nituntur argumento experientia, quæ locuples testis est, virtute & eruditione praeditos viros interdum non honorari, quod homines, à quibus honor profici debet, laborent mox gravissimo invidiae, aut arbitrentur honorem collatum in alios quasi officere suis luminibus, aut satietate quædam bonos fastidiant. Scilicet: Rarius est carum: Vilescit quotidianum. Et: In Patria non est laudatus gente Propheta. In utraque sicut, p

tas, sententia esse acquisendum? Utrum dicendum: honorem temp̄ virtuti conjunctū  
 esse, si non actu, at potentia saltem? An id,  
 quod res est, cum P. Martyre demonstran-  
 dum ē similitudine: Gloria virtutis comes  
 est, ut corporis umbra? Ut umbra corpus  
 quidem comitatur, at non semper eodem  
 modo: nonnunquam enim præcedit, inter-  
 dum jungitur à latere, & quasi incedit unā:  
 interdum sequitur pro diversa corporum  
 ſēs & radiorum illapsu, ut docent Optici: Ita  
 quorundam virtus vix incoata, seu sub ipſe-  
 jus initis habetur in honore: aliorum verò  
 virtus non suspicitur & prædicatur, niſi cùm  
 aucta est & perfecta: Denique videoas aliquot  
 non antè honoratos, quām vivere desierint.  
 Nescio enim quo pæsto comparatum sit, ut  
 ea quæ in manib⁹ nostris posita sunt bona, &  
 oculis quotidie obverſantur, ſenſim quāl ob-  
 repente ſatiētate fastidiamus, eorumque nos  
 tandem perædeat. Ubi verò elapsa amissaque  
 ſunt, incredibile ſul desiderium excitent, &  
 animus multo ea ardentius (licet ſerò) requi-  
 rat. Sicut ſcīt Horatius: Virtutem, inquit, in-  
 columem odimus: ſublatam ex oculis requi-  
 rimus invidi. Comitatur igitur honor, ut præ-  
 milium amplissimum, virtutem, ſed non ſem-  
 per eodē gradu & ſplendore, nec omni tem-  
 pore honor, ut ab honorantibus proficiat-  
 tur,

Secundum illam  
per virtutem conjunctus est : Interdum  
anteceedit virtutis perfectionem : Interdum  
conunctus est cum virtute, vel intervallo ali-  
quo consequitur eam : Interdum est obscu-  
rior, interdum illustrior.

## XVII.

*An Plato Summum bonum constituit quodam-  
modo multiplex?*

Affirmatur,

PLATO de summo bono (cujus explicatio-  
nem Ethici sibi videntur) agit duplicitate  
in Dialogis suis. Tum καὶ τὸν πεότες, id Bonum ab-  
est, per se, absolute, primū. Id est Deus, omnis solutus : Fe-  
licitatis Idea, ipsa ἀγάθη, bonitas, princeps licitas um-  
omnium rerū, αρχή, principium & finis. Tum Plex.  
καὶ τὸν ἀνδρωτον, id est, quatenus in hominem  
illud bonum cadit. Hoc bonum est similitudo Bonum hu-  
Dei. Haec non potest esse, nisi infiniti boni ad politicum :  
nos manent rivuli. In hoc igitur consistit ea Felicitas co-  
similitudo, ut illius boni sumus participes : juncta seu  
Quod sit, cūm mens nostra cognoscit & am-  
plie etiū illud bonum, & voluntas illud amat,  
eoq; perficitur. Quare statuit Plato : summū  
hominis bonum, tui humanam felicitatem,  
nec in sapientia seorsum & per se, nec in eudu-  
mia, id est, si acer & voluptate inesse, sed versari  
in mixtione sapientiae (non inanis, sed efficacis  
justitia & pietate) & voluptatis : quatenus

S 3

cum